

*Wie dieser Fehler zu berichtigen ist, läßt sich allerdings nicht entscheiden, weshalb A zu (1296) Juni (1/2) datiert wurde.*

BONIFATIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus universis abbatissis et conventibus monialium inclusarum sive ordinis | sancte Clare sive sancti Damiani seu Minorisse dicantur salutem et apostolicam benedictionem. Laudabilis sacra religio, que in monasteriis vestris a vobis et aliis personis in eis degentibus sub onere voluntarie paupertatis iugiter colitur, sic a vobis mundane dissolutionis relegavit illecebras, ut inter alia claustralis | abstinentie nexibus relegate puritate fulgeatis observantie regularis et voluntatis libitum coartantes omnino sub obedientie debito dignam et sedulam | exhibeatis domino servitutem. Hinc est, quod nos pium et congruum reputantes, ut vos illa prosequamur gratia, quam vestris necessitatibus fore prospicimus oportunam, vobis universis et singulis auctoritate presentium indulgemus, ut ad prestationem decimarum de quibuscumque possessionibus et aliis | omnibus bonis vestris, que impresentiarum<sup>a)</sup> habetis et iustis modis prestante domino acquisiveritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus | quorumlibet ordinariorum et etiam legatorum et nuntiorum sedis apostolice et quibuslibet talliis et collectis ac ad exhibendum pedagia, telonea et alias exactiones | quibusvis regibus, principibus seu aliis personis secularibus minime teneamini nec ad id compelli aliquatenus valeatis. Nulli ergo omnino hominum | liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Anagnie V non. iunii pontificatus nostri anno secundo.

(B. D.)

## 144.

***Papst Bonifaz (VIII.) verfügt zugunsten der Klarissen in Deutschland, daß ihre Oblaten die Kommunion in den Klöstern empfangen dürfen, mit Ausnahme des Ostersonntags, an dem sie gewöhnlich in ihren Pfarrkirchen am Gottesdienst teilnehmen.***

*(1296) Juli 30, Anagni*

*Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 1513 (A) — Provenienz: Seußlitz, Klarissenkloster — Pergament: 47,0–47,1 cm breit, 31,0–31,3 cm hoch, Plica 6,4–6,7 cm — littera (cum serico) — Besiegung verloren (zwei Schnitte in der Plica und im darunterliegenden Pergament).*

*Kuriale Vermerke:*

*Recto:* auf der Plica, rechts: dominic(us)

unter der Plica, links: III

*Verso:* oben, in der Mitte: Petrus Fabri

143. a) in presentiarum nach Rasur der Unterlänge des -n von erster Hand mit derselben Tinte zu impresentiarum korrigiert A.